

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Elemosina bf
cum fonte primo

Producat fenum iumentis, id est elemosinas faciat hiis qui petunt.

Iumenta appellata
quia uerecundiam non habentes propter ingluuiem uentris,
in egencium uoces petulentur, sicut iumenta
que dum esuriunt, non possunt a propriis uocibus abstinere.

Cassiodorus super Psalmos.

Excolit quod superius dixit, ut terra illa caelesti imbre satiata
producat fenum iumentis, id est eleemosynas faciat his qui passim petunt,
de quibus dictum est: *Omni petenti te tribue.*

Iumenta enim appellati sunt,
quia uerecundiam non habentes propter ingluuiem uentris,
in egentium uoces petulanter erumpunt sicut iumenta,
quae dum esuriunt, nequaquam possunt a propriis uocibus abstinere.

Aurelius Cassiodorus, *Expositio Psalmorum*, 103.14
(CCSL 98, M.Adriaen ed., p.931, ll.317-324).